

honorem S. Barbaræ, dicitur illam implere, quando incipit observare.

Sed contra hanc solutionem facit primò, quòd S. Lucas, dum dicit in suo Evangelio: *Cum consummarentur dies octo, ut circumcideretur puer*. Item: *Ut impleti sint dies purificationis Mariæ*. Et hoc lib., cap. 2: *Cum completerentur dies Pentecostes*, semper intelligit diem ultimum. Nec etiam in communi sermone dicimus aliquem implere suam novenam, dum illam tantum inchoat. Secundò, Nazareus non offerebat sacrificium singulis diebus, quibus votum durabat, sed tantum ultimo die, uti prescribitur numer. 6, v. 13 et 14; et etiam docet Josephus, lib. 2 de Bello Judæico, cap. 15.

Resp. et dico: Illud quod habetur v. 1: *Post quinque autem dies descendit princeps sacerdotum*, etc., non debet intelligi post quinque dies ab adventu Pauli Caesarem, sed post quinque dies à comprehensione Pauli. Itaque Paulus captus est die septimo postquam venerat Jerosolymam, et die quinto post accusatus, recte dicit: *Non sunt plus mihi dies quam duodecim*, etc.

Summa hæc duodecim dierum ita colligitur: primo die quo venit Jerosolymam, susceptus est à fratribus, ut narratur supra, cap. 21, v. 17. Secundo die venit ad Jacobum, ibid., v. 18. Tertio, quarto, quinto et sexto die quatuor Nazarei essi et purificati sunt, quisque suo particulari die, assistente semper Paulo, supra, cap. 21, v. 26. Septimo die Paulus obtulit sacrificium pro se, et capus est, ibid., v. 27, et eodem die omnia facta sunt que narratit usque ad cap. 25, v. 50; et tunc incipit primus dies ex quinque posterioribus quorum fit mentio, cap. 21, v. 1, qui ab adventu Pauli Jerosolymam est dies octavus; dies nonus, cap. 25, v. 12; dies decimus, ibid., v. 55; undecimus et duodecimus dies insumpti sunt ab Anania et accusatoribus Pauli, ut à Jerusalem irent Caesarem.

Cap. 25: Paulus Caesarem appellat; et cap. 26, judicatur innocens, sed tamen mittendus Romam; quia Caesarem appellaverat.

## CAPUT XXVII.

Paulus per Cyprium et Cretam, maris Mediterraneæ insulas, navigat versus Romam, et prædicit naufragium.

## QUESTIO UNICA.

Quòd navigaverit Paulus, et an venerit Lystram.

Vers. 2: *Ascendentes navem Adrumetinum*, que à Casarea solent navigare Adrumetum, civitatem Africa maritimam. Codices Græci, et multi Latini habent: *Navem Adramyttianam*. Et hoc videtur esse multò melius: nam ad navigandum Adrumetum debebant navigare per plenum mare, scilicet in Africam; sed ad navigandum Adramyttiam debebant navigare juxta Sidonem, et deinde per pelagus Cilicie et Pamphylie, versus Lyciam; quia Adramyttia est civitas Mysiæ, à regione insule Lesbos; atque navigaverunt juxta Sidonem, et per pelagus Cilicie et Pam-

phylie, versus Lyciam, ut constat ex toto hoc cap.; ergo, etc.

Dices: Navigaverunt juxta Sidonem, quia ventus erat contrarius, ut dicitur v. 4.

Resp. Neg. assumpt. Nam non ideò navigaverunt juxta Sidonem, quia venti erant contrarii, sed postquam solverant à Sidone, quia venti tunc erant contrarii, subnavigaverunt Cyprium obliquantes vela, ut verbum Græcum significat, inquit Frömondus, legendo litus orientale insule Cypri, ut objectu insule tui essent à ventis, qui directè in proram rellabant à Sidone versus Lyciam tendentibus.

Vers. 5: *Et pelagus Cilicie et Pamphylie navigantes, venimus Lystram, que est Lycia*. Et tamen, cap. 14, v. 6, dicitur quòd Lystra sit civitas Lyeæonia. Ad hanc difficultatem dicunt Menochius et Tirinus quòd Lycia latè sumpta complectatur etiam Lyeæoniam. Sed non reflectant quòd Lystra distat à mari plus quam 50 leucis, adeoque Paulus non potuerit eò devenire navi.

Alii dicunt quòd fuerit duplex Lystra, una in Lyeæonia, altera in Lyciâ, ad quam Paulus appulit. Sed illi inveniunt unam Lystram, quam nulli geographi inveniunt; que tamen debebat esse famosa, cum esset portus maris, et ad illam nave Alexandrinæ appellerent, ut constat hic ex versu 6.

Resp. et dico: Loco Lystram debet verosimiliter poni Myram, que civitas est Lyciæ metropolis, cujus S. Neoclaus fuit episcopus.

Probatur. Quia textus Græcus, et S. Chrysostomus habent Myram.

Dices cum Grotio: Myra distat à mari circiter uno milliario, seu horâ itineris; ergo potius debet legi *Lyngra*, que est portus maris in Lyciâ.

Resp. illud nullo modo posse admitti; quia nullus codex ita legit. Deinde juxta Tabulas Ptolemæi, Lyngra ferè tam proeni distat à mari, quam Myra, et nullum habet fluvium; Myra verò sita est super fluvium Lyngrum; ergo certius navigavit Myram quam Lyngram.

## CAPUT XXVIII.

Postquam Paulus naufragium passus erat, in insulam Melitam cum omnibus salvus eiecitur. Inde post tres menses navigavit versus Italiam, et tandem pervenit Romam.

## QUESTIO PRIMA.

In quam insulam Paulus fuerit eiectus.

Vers. 1: *Et cum evasissemus, scilicet naufragium, tunc cognovimus quia Melita insula vocabatur*. Sunt autem due insule, que vocantur *Melita*; una in mari Adriatico, seu Veneto; altera in mari Siculo prope Siciliam, que nunc vocatur *Malta*.

Resp. et dico: Paulus eiectus fuit in insulam que jam vocatur *Malta*.

Prob. 1<sup>o</sup> quia Paulus ex illâ insulâ navigavit Syracussis in Siciliâ, deinde Rhodium, et postea Puteolos, quod est rectum iter ex insulâ Maltâ versus Romam; sed si venisset ex insulâ Melitâ seu Miltidâ, que est in mari Veneto, seu in Illyrico, debuisset rectè navigare Anconam: nam navigando Syracussis, faci-

set iter sicut ille qui ad eundem Lovanio Bruxellas, primò iret Mechliniam, deinde Gandam, et Gandâ Bruxellas.

Prob. 2<sup>o</sup>: Omnes circumstantiæ navigationis manifestè indicant quòd Paulus post naufragium appulerit ad insulam que nunc vocatur *Malta*. Etenim ex cap. 27, v. 14, liquet quòd in navim Pauli, dum è Cretâ tendebat versus Italiam, se immiserit ventus *Typhonicus*, qui vocatur *Euroaquilo*; id est, spirans medius inter æquilonem et eorum, seu orientem; quo vento à Cretâ decurrentes in aliam insulam, que vocatur *Cauda*, timentes ne in *Syrtim*, id est in loca arenosa circa fines Africae Egyptum versus, *inciderent*; dimissis velis ferebantur ab oriente ad occidentem, *Melitam* versus. Atqui eo vento nullâ prorsus ratione sine velis deferri poterunt in sinum Adriaticum, ad *Melitam* Illyrici, sed bene per mare Africum ad *Melitam* inter Siciliam et Africanam, in cujus littore etiam nunc est locus, qui vulgò dicitur: *La Cala di S. Paolo*; id est, *Portus sive Appellus S. Pauli*. Ergo Paulus eiectus fuit in eam insulam que nunc vocatur *Malta*.

Obj. 1<sup>o</sup>: Cap. 27, v. 27 dicitur quòd Paulus navigaverit in *Adriâ*; ergo eiectus est in *Melitam*, que est in sinu Veneto, seu in Illyrico.

Resp. Neg. conseq. Nam Ptolemæus in sua Geographiâ dicit orientale litus Siciliæ, mari Adriatico alui. Unde nomen *Adriæ* non tantum comprehendit illud quod ab urbe Venetorum usque ad fines Italiae decurrit, sed etiam quod inde reflectitur usque ad Siciliam.

Obj. 2<sup>o</sup>: *Nicolæ istius insule, ad quam appulit Paulus*, S. Lucas hoc cap., v. 1, vocat barbaros; atqui illo tempore Maltenses non erant barbari, sed tales erant Illyrici; ergo, etc.

Prob. min., quia Maltenses, ut tradunt communiter historici, à primò Græcorum in Siciliam trajecta fuerunt Græci; et Illyrici, utpotè incolæ continentis Dalmatiæ, erant gentes barbaræ; ergo per *Melitam*, ad quam appulit Paulus, intelligitur *Melita* Illyrici.

Resp. Disting. maj. Vocat barbaros, eò quòd peregrinâ loquerentur lingua, concedo; vocat barbaros moribus; neg. maj.; siquidem quòd non essent barbari moribus, per se manifestum est, inquit Lintrensis, quoniam commendantur ab humanitate, et quidem non vulgari, ut liquet ex versu 2 et seqq.

Obj. 3<sup>o</sup>: Perantiqua que est Illyricorum traditio quòd ad *Melitam*, que est in mari Adriatico, appulerit Paulus; siquidem in perpetuum istius appellus monumentum ibi celebre erectum est monasterium religiosorum, qui hanc sibi gloriam ex antiquâ traditione attribuant. Unde et Constantinus Porphyrogenitus imperator ad Romanum filium, lib. de administrando imperio, cap. 56, de Illyrici littoris insulis ita scribit: *Tenant et insulas has: una est insula magna, que Citera, sive Cicer dicitur; in qua et oppidum. Alia magna est que Meleta, seu Melozæ vocatur, cujus in Actis apostolorum meminit S. Lucas, Melitam eam nominans: ubi et viperæ, S. Pauli digitum mordens, ab eo excussa igni concremata est.*

Resp. Hanc Illyricorum traditionem non videri admittendam: Primò, quia Scriptura nullo modo est consentanea, sed potius ei repugnat; uti deduci potest ex probationibus supra allegatis. Secundò, quia teste Philippo Cluverio, lib. 2 de antiquâ Siciliâ, cap. 16, in Illyrici seu Dalmatici littoris *Melita* vestigia, vel memoria præteristi appulsus existat nulla, præterquam apud istos religiosos, qui eam gloriam sibi arrogare volunt. Contra verò in istâ *Melita* que nunc vocatur *Malta*, est templum cathedrale, satis antiquum, ut videre est, operis, et ædicula juxta portum, quam incolæ loci tradunt esse cryptam, seu specum S. Pauli. Auctoritatè verò Constantini Porphyrogeniti, qui teste Moreri regnare coepit anno 912, oppono auctoritatem Aratoris diaconi, illo longè antiquioris, utpote qui tradidit vivisse sub Justiniano imperatore, annis circiter 550 à nato Christo: hic in commentationibus ad Acta apostolorum ita canit:

*Lux revocata micat, velamine noctis aperto  
Pandere visa solum, quod præbuit hospita nautis  
Sicani lateri remis vicina Melite.*

## QUESTIO II.

An Paulus, postquam Romæ fuerat duobus annis victus, iterum redierit in Asiam.

Respondeo affirmativè.

Probatur, quia Paulus in suis Epistolis quas scripsit Romæ victus ad orientales, illis sæpè promittit se illos iterum revisurum. Sic ad Philemonem Colossensem scribens, v. 25, dicit: *Para mihi hospitium; nam spero per orationes vestras donari me vobis*. Et ad Philippenses, cap. 1, v. 25, ait: *Et hoc confidens, scio, quia manebit et permanebit omnibus vobis, ad profectum vestrum, et gaudium fidæ; ut gratulatio vestra abundet in Christo Jesu in me, per meum adventum iterum ad vos*. Et ibidem, cap. 2, v. 24: *Confido autem in Domino, quoniam et ipse veniam ad vos cito*. Item in Epistolâ ad Hebræos, quam ex Italiâ scriptam esse, inde patet quòd cap. 13, v. 24, salutem eis dicant *fratres de Italiâ*. Scribit autem ibidem, v. 23, *Timentem conceptivum suum jam esse dimissum, cum quo, inquit, si celerius venerit, videbo vos*. Hanc verò Pauli spem, et toties inculcatam ac repetitam promissionem, vanam fuisse, minimè tanto Apostolo dignum videtur.

Obj. 1<sup>o</sup>: Antequam unquam Paulus fuerit captus Jerosolymis, dixit Ephesinis, cap. 20, v. 25: *Et nunc ecce ego scio, quia amplius non videbitis faciem meam vos omnes, per quos transivi predicans regnum Dei*. Ergo post prima vincula Romana non rediit in Asiam.

Resp. Neg. conseq. Nam Paulus id non dixit spiritu prophætico aut absolute, sed tantum conjecturaliter: quia quamvis certò sciret se captivandum, vincendum, et multa passurum Jerosolymis, tamen non sciebat se occidendum, ideòque promiserat, v. 22: *Vado in Jerusalem; que in eâ ventura sint mihi, ignorans, nisi quòd Spiritus sanctus per omnes civitates mihi pretestatur, dicens: Quoniam vincula et tribulationes Jerosolymis me manent.*

Prætere certum est quòd aliquos ipsorum adhuc videri, dum captus ducebatur Romam: nam cap. 27, v. 3, dicitur quòd Julius centurio humane tractans Paulum, dum Sidonem perveherent, permiserit ad amicos ire, inter quos sine dubio erant aliqui, quibus in Asia Evangelium prædicaverat. Ergo Paulus illa non dixit absolute aut prophetice, sed conjecturaliter tantum. Et sanè quòd ista prophetice non dixerit, satis inde patet quòd postea, existens adhuc in vinculis Romanis, toties protestatus sit se Asianos adhuc invisurum, ut liquet ex supra dictis.

Obj. 2<sup>o</sup>: Paulus Romæ martyrio affectus est; ergo non rediit amplius in Asiam.

Resp. Neg. conseq. Nam iterum ex Asia rediit Romam. Quod enim Paulus post priora vincula non solum Asiam iterum peragraverit, sed et Romam redierit, confirmatur ex eo quòd in Epist. 2 ad Timoth. (quam scripsit è carcere Romano, ut patet ex cap. 1, v. 8 et 12. Item ex cap. 2, v. 9 et 10) dicat, cap. 4, v. 20: *Erastus mansit Corinthi, Trophimum autem reliquit infirmum Mileti*. Et v. 12: *Penulam, quam reliqui Troade apud Carpum, veniens affer tecum, et libros, maxime membranas*. Quomodo hæc ad Timotheum scriberet Paulus, si in primâ ejus navigatione confisgent, que narratur supra cap. 20, in qua ipse Timotheus simul aderat, ut constat ex versu 4? Aut quomodo potuisset Trophimum relinquere Mileti infirmum, de quo constat cap. 21, v. 29 quòd cum Paulo pervenerit usque Jerusalem? Aut denique quomodo potuisset ex primis vinculis Paulus scribere ad Timotheum, quem ejus conceptivum tunc fuisse constat, tum ex eo, quòd in omnibus Epistolis, ex hoc carcere ab Apostolo scriptis, nomen quoque Timothei præfigitur; tum quòd in Epist. ad Hebræos testetur Timotheum jam esse solum, et se etiam citò solvendum.

Confirmatur ulterius. Quia dum Paulus primâ vice fuit vinetus, aderant ipsi *Marcus consobrinus Barnabæ* (ad Coloss. 4, v. 10) et *Demas* (ad Philem., v. 24), sed dum scripsit Epistolam secundam ad Timotheum, Demas ipsum deseruerat, *diligens hoc seculum*, et abiit Thessalonicam, Marcus nondum advenerat Romam; nam rogat Timotheum ut illum adducat secum, 2 ad Timoth. 4, v. 9 et 11.

Inst.: Dum Paulus primâ vice Romam venit, erat annus æræ vulgaris 64; et mansit biennio captivus usque ad annum 66. Atqui juxta nos martyrio coronatus est die 29 Junii ejusdem anni 66. Ergo non potuit remeasse Româ in Orientem, et iterum ex Oriente Romam.

Prob. maj., quia Felix fuit gubernator Judææ usque

ad annum 65; et Paulus tantum venit Romam sub Portio Festo successore Felicis, ut constat supra ex cap. 24, v. 27; ergo, etc.

Prob. ant., quia Flavius Josephus in Vita sua dicit quòd natus sit anno primo Claudii imperatoris, id est, anno 41 æræ vulgaris; deinde dicit quòd anno ætatis sue 26 iverit Romam, ut liberaret quosdam sacerdotés sibi familiares, quos Felix, existens gubernator Judææ, Romam captivos miserat. Atqui annus ætatis ejus 26 est annus 66 æræ vulgaris; ergo Felix facile fuit gubernator usque ad annum 65.

Resp. Neg. maj. ejusque probationem, et ad Josephum dico ipsum quidem asserere quòd anno ætatis sue 26 iverit Romam, sed non dicit quamdiu illi sacerdotés fuissent captivi; nec dicit quamdiu Felix fuisset modò depositus, quando ipse ibat Romam. Unde nihil certi ex illo loco erui potest, et contrarium potest aliunde colligi: nam lib. 20 Antiq., cap. 7, dicit quòd Felici procuratori Judææ successerit Porcius Festus (quod etiam dicit hic, cap. 24, v. 27); et cap. 8, quòd Festo mortuo successerit Albinus, et cap. 9, quòd Albino successerit Florus. Deinde ibidem dicit: *Florus... secundo anno postquam venit Procurator in provinciam, duodecimo verò Neronis imperii, bellum id captum est*, etc., adeoque Florus ille successit Albino anno decimo Neronis.

Porrò annus decimus Neronis est annus 65 æræ vulgaris: si ergo Felix fuisset procurator usque ad annum 65, nulli intercessissent anni, quibus Festus et Albinus fuissent procuratores: cum tamen Josephus ibidem tam multa narret sub duobus istis procuratoribus gesta, ut vix concipiatur potuisse peragi spatio trium annorum; unde Pearson et auctor Chronologie Vitré ponunt depositionem Felicis anno 60; et sic juxta ipsos Paulus venit Romam anno 61, liberatus est anno 65; adeoque habuit tempus sufficiens ad iterum lustrandam Asiam, et inde redeundum Romam.

Eusebius, et fortè ex ipso S. Hieron., lib. de Scriptoribus ecclesiasticis dicunt Paulum venisse Romam anno secundo Neronis, qui annus occurrit cum anno 56 æræ vulgaris. Verùm hæc opinio non videtur satis commodè sustineri posse. Siquidem, ut supra, cap. 15, monstratum est, concilium Jerosolymitanum celebratum fuit anno 50 æræ vulgaris; atqui ab anno 50 usque ad annum 56 non videntur potuisse contingere omnia Pauli gesta, que post concilium Jerosolymitanum usque ad ejus adventum Romanæ enarrantur; uti facile quisque deducere poterit ex iis que quæst. seq. in Chronologia Historiæ apostolorum proponemus; ergo, etc.

### QUÆSTIO III.

*Quomodo ex supra dictis ordinari possit chronologia Actuum et Epistolarum S. Pauli.*

Nota quòd, cum in Concord. evang., cap. 28, q. 6, sustinerimus Christum Dominum esse mortuum anno ætatis sue 35, per tres menses inchoato, adeoque anno 29 æræ vulgaris, eandem chronologiam licet simul secuti.

- |              |                 |  |
|--------------|-----------------|--|
| <i>Anni</i>  | <i>Anni</i>     | Resp. et dico: Anno æræ vulgaris 29, imperii proconsularis Tiberii 18 aut 19, sed imperii Augustæi anno 15, moritur Christus Dominus, resurgit, in cælum ascendit, et mittit   |
| <i>aræ</i>   | <i>imp.</i>     | Spiritum sanctum, etc.   |
| <i>vulg.</i> | <i>August.</i>  |  |
|              | <i>Tiberii.</i> |  |
| 29           | 15              |  |
| 30           | 16              | S. Stephanus lapidatur, idque die 26 decembris, ut communiter putatur.   |
| 31           | 17              | Excitatur magna persecutio, et fides propagatur per totam Palesinam, Act. 8. Hoc etiam anno, vel in fine præcedentis, Tiberius imperator de rebus Christi certior factus vult ipsum inter deos referre, sed resistit senatus.  |
| 32           | 18              | Damasci aliqui convertuntur, quod, ut audivit Saulus, nuntiatv pontificibus, qui à rego Arabum impetrant facultatem illos comprehendendi; et facultatem istam in litteris expressam concedunt Saulo. Quòd illa omnia potuerint fieri spatio unius mensis, uti nonnulli contendunt, vix concepitibile est, maxime cum Damascus distaret à Jerusalem, rectâ lineâ ferè 48 leucis, adeoque itinere trito seu communi factis 60 leucis.  |
| 33           | 19              | Saulus spirans minarum, et cadis in discipulis, tendit Damascus; et appropinquans civitati convertitur, Act. 9. Inde vadit in Arabiam, et ibi manet ferè tribus annis. Vide in jam cit. cap. 9, quæst. 5.  |
| 34           | 20              | Probabile est quòd hoc anno S. Petrus venerit Antiochiam, ibique sedem suam fixerit; siquidem ab anno 55 æræ vulgaris inclusive, usque ad annum 41 inclusive, sub cujus finem ivit Romam, computantur septem anni, quibus juxta S. Gregorium, lib. 6, indict. 15, epist. 57, Ecclesiæ Antiochenæ præfuit. Attamen id non ita intelligendum est, quasi toto illo tempore illic hæserit: nam ut sedem ibi statuerit, sufficit ut ad aliquod tempus illic hæserit; cum interim ad vicinas urbes et provincias egressus, suos ex intervallo reviseret. |
| 35           | 21              | Saulus ex Arabia revertitur Damascus (vide supra, cap. 9, quæst. 5) et inde ivit Jerosolymam, ut viseret Petrum; ubi cum tentaret se jungere discipulis, timebant eum; sed Barnabas eum deducit ad apostolos, scilicet Petrum et Jacobum tantum, Act. 9, v. 26, cum Galat. 1, v. 19.   |
| 36           | 22              | Jerosolymis disputat cum Hellenistis, qui volunt illum interficere, Act. 9, v. 29. Inde abit Tharsum, ibid., v. 30; venitque in regiones Syriæ et Ciliciæ, hæcenus <i>ignotus Ecclesiis Judææ</i> , Galat. 1, v. 21.   |
| 37           | 23              | Hoc anno, die 26 martii moritur Tiberius, eique succedit Caius Caligula.   |
|              | <i>August.</i>  | <i>Ecclesia per totam Judæam, et Galilæam et Samariam pacem habebat, et Petrus omnes visita-</i>   |
|              |                 | <i>Tiberii bat, Act. 9, v. 31. Nonnulli volunt quòd hoc anno Petrus tantum venerit Antiochiam, ibique</i>  |
|              |                 | <i>Caligula. sedem suam fixerit.</i>   |
|              | 1               |  |
| 38           | 2               | Petrus Lyddæ Æneam sanat, et Joppe Tabitam suscitatur, multosque dies apud Simonem   |
|              |                 | Cোরiarum hospitatur, Act. 9, v. ult.   |
| 39           | 3               | Cornelius centurio convertitur, Act. 10.   |
| 40           | ibid.           | Interim illi qui dispersi fuerant per persecutionem factam in morte Stephani, multis parti-  |
|              |                 | bus paragratis, tandem veniunt Antiochiam, ubi plurimos convertunt, etc. Act. 10, v. 22.   |
| 41           | 4               | Barnabas proficiscitur Tharsum, ut quærat Saulum. Act. 11, v. 25.  |
|              |                 | Barnabas et Paulus veniunt Antiochiam, ibique annum integrum simul commorantur; ubi discipuli primum dicti sunt <i>Christiani</i> ; ibid., v. 26.  |
|              | <i>Claudii.</i> | Hoc anno, die 24 Januarii trucidatur Caligula, illique succedit Claudius, qui Herodem Agrip-   |
|              | 1               | pam auctum honoribus remittit in suum regnum; quò ubi is pervenit, mox Jacobum occidit, et Petrum incarcerat. Vide supra cap. 11 et 12, quæst. unica, § 5.   |
|              |                 | Circa initium hujus anni, aut finem præcedentis, Agabus prædixit famem, Act. 11, v. 28.  |
|              |                 | Petrus venit Romam sub finem hujus anni, ibique sedem suam collocat, supra, § 5 cit.   |
| 42           | 2               | Ingruente fame ab Agabo prædictâ, Saulus et Barnabas deferunt Jerosolymam eleemosynas, Act. 11, v. 29. Qui deinde revertuntur Antiochiam, Act. 12, v. 24. Illic jubet eos Spiritus sanctus segregari in ministerium prædicandi. Quo facto, pergunt Seleuciam, et inde in Cyprum. Paphi Saulus convertit proconsulem Sergium Paulum; atque deinceps Saulus semper vocatur Paulus, Act. 13, v. 1 et seqq. Inde iverunt Antiochiam Pseudæ, et inde Iconium, Act. 14, v. 1: quo tempore putatur conversa S. Thecla virgo Iconiensis.                   |
| 43           | 3               | Paulus et Barnabas fugiunt in civitates Lycaoniae, Lystram et Derben. Lystræ voluerunt Paulum colere ut Mercurium, et Barnabam ut Jovem: at paulò post facto tumultu, Paulum lapidant, et extra urbem trahunt. Ipse brevi post surgens, tanquam de somno evigilans, redit in urbem, Act. 14, v. 6 et seqq. Lystra Derben profecti multos convertunt, ibid., v. 30. In-   |

- Anni** **Anni** ter hos Timotheum cum matre sua et avia, qui adhuc penè puer istarum persecutionum te-  
**ere** **Claudii** stis fuit. 1 ad Timoth. 1, v. 2 et 5; et cap. 5, v. 11.  
**vulg.** Hoc anno videtur Paulus raptus fuisse usque ad tertium cœlum, scilicet quatuordecim annis,  
antequam scriberet Epistolam secundam ad Corinthios, 2 Cor. 12, v. 2.
- 44 4 Revertuntur Lystram, Iconium, et Antiochiam Pisidiæ, confirmantes animos discipulorum,  
et constituentes presbyteros per Ecclesias. Deinde peragrata Pisidiâ, venerunt Pamphyliam,  
ac Perge locuti sunt verbum Dei, descenderuntque Attaliam, et illinc navigaverunt Antiochiam  
Syriæ, Act. 14, v. 21 et seqq.
- 45 5 Paulus et Barnabas Antiochiæ non parvum tempus commorati sunt, ibid., v. 28. Post quod  
videtur Paulus Evangelium Christi usque ad Illyrium propagasse iis qui de Christo adhuc ni-  
hil audierant, ad Rom. 15, v. 19; et illa passus fuisse que commemorat 2 Cor. 11, v. 24 et  
25; scilicet postea semel Philippis, et antea bis à gentibus alibi cæsus virgis, ter naufragium  
fecisse, etc. Cum enim inter Pauli et Barnabæ regressum ad Ecclesiam Antiochenam, et  
eandem ex illâ ad concilium Jerosolymitanum profectorem integrum quinquenniium inter-  
ponatur; nusquam alibi commodius reponi hæc possunt, quam in tanti spatii sacræ historię  
silento.
- 46 6  
47 7  
48 8  
49 9 Petrus Româ revertitur Jerosolymam. Vide que supra dicta sunt cap. 15.  
Quidam de sectâ Phariseorum, qui venerant Antiochiam, contendunt gentiles conversos  
debere circumcidi, et legem Mosaicam observare, quibus acriter se opponunt Paulus et Bar-  
nabas, Act. 15, v. 2.
- 50 40 Paulus annis quatuordecim post primam suam profectorem Jerosolymam, factam triennio  
post suam conversionem, iterum vadit Jerosolymam unâ cum Barnabâ et quibusdam aliis  
missis ab Ecclesiâ Antiochenâ, ut super istâ questione Apostolorum sententiam exquirent,  
Act. 15, v. 2.  
Hinc patet Petrum tunc modò reversum fuisse ex Italiâ.  
Paulus et Barnabas, simul cum Barsabâ et Silâ ferentibus decretum, revertuntur Antio-  
chiam, Act. 15, v. 22 et 30.  
Aliquantò post venit Petrus Antiochiam, ubi ejus simulationem non ferens Paulus, eum eor-  
am omnibus redarguit, ad Galat. 2, v. 11 et 14.
- 51 41 Paulus separatur à Barnabâ, et omnia illa facit, que continentur Act. 15, à v. 40 usque ad  
cap. 17, v. 15.
- 52 42 Paulus Athenis disputat de Christo et de ignota Deo, et inde vadit Corinthum, ibique manet  
unum annum, et sex menses, Act. 18, v. 11. Hinc post reditum Timothei ex Macedonia, si-  
mul cum Timotheo et Silâ scribit primam epistolam ad Thessalonicensæ.  
Aliquibus mensibus post primam (forsan in initio anni 53) scribit ad eosdem secundam.  
53 45 Judei Corinthiaci Paulum pertrahunt ad tribunal Gallionis, Act. 18, v. 12.
- 54 44 Hoc tumultu sedato, Paulus adhuc remansit Corinthi multos dies, tandemque è portu  
Cenchreensi solvens, venit Ephesum, inde Casarsam Stratonis navigat; et inde ascendit  
Jerosolymam, et descendit Antiochiam Syriæ, ubi cum aliquandù hasisset, abiit pertransiens  
ordine Galatiam et Phrygiam, Act. 18, v. 18.
- Tandem revertitur Ephesum, ubi manet per tres menses, disputans et predicans in Syna-  
gogâ, Act. 19, v. 1 et 8.
- Claudii** **Neronis.** Hoc anno, tertio idus octobris imperator Claudius extinctus est, ut habent Seneca et Suetonius,  
et in medio ejusdem diei Nero gener ejus, et filius adoptivus, imperator declaratus  
est, ut habet Tacitus.
- 55 Paulus separatis discipulis à Synagoga, docet Ephesi in scholâ ejusdam tyranni per biennium,  
Act. 19, v. 9.
- 56 Galatæ citò post Pauli discessum (Act. 10, v. 9) seducti, vehementi Epistolâ à Paulo revo-  
cantur, Galat. 1, v. 6.  
Cogitat interim Paulus, peragrata Macedonia et Achaia, proficisci Jerusalem, Act. 19, v.  
21. Et quidem primò Corinthum venire, inde in Macedoniam; ex Macedonia rursus Corin-  
thum, atque inde in Judæam, 2 ad Corinth. 1, v. 15 et 16. Ubi cum collectas mittendas paupe-  
ribus Jerosolymitanis consignasset, proficisci Romam, atque inde in Hispaniam ire instituit.  
Ad Rom. 15, v. 24 et 25.
- 57 Hæc animo agitans Paulus, missis in Macedoniam Timotheo et Erasto, ipse remansit ad

- Anni** **Anni** tempus in Asiâ (Act. 19, v. 22), Lydianâ scilicet, in qua per urbes Epheso vicinas adhuc  
**ere** **Claudii** novem mensium spatio Evangelium predicasse videtur. (Puta ab æstate anni 56 usque ad  
**vulg.** **Neronis.** ver anni 57: nam Ephesi usque ad Pentecosten permanere non ei permisit seditio per Demetrium  
excitata, de qua statim.) Qui novem menses additi isti biennio, quo in scholâ tyranni  
docuit, et tribus mensibus, quibus antea in synagoga Ephesinâ docuerat, efficiunt illud triennium,  
quo in Asiâ se laborasse indicat, Act. 20, v. 18 et 31: Ostio illi aperto magno, licet  
oppositis adversariis, 2 Cor. 16, v. 9.
- 57 Interim orto in Ecclesiâ Corinthiacâ schismate, 1 Cor. 1, v. 11, et cap. 5, v. 5, Apollo cum  
aliis fratribus Corinthiis ad Paulum in Asiam profectus est, ibid., cap. 16, v. 12; per quos ad  
Apostolum scribentes Corinthii consulerunt illum de causâ conjugii et calceatibus, ibid., cap.  
7, v. 1.  
Paulus cum Sosthene (absente tunc Timotheo, Cor. 19, v. 10, et Act. 19, v. 22), ex Asiâ  
Lydiacâ, ubi tunc erat, scribit primam ad Corinthios Epistolam, 1 Cor. 1, v. 1, et cap. 16,  
v. 12, 17 et 19.  
In istâ epistolâ significat Paulus se ad eos venturum, cap. 4, v. 18, et cap. 11, v. 34, cum  
pertransierit Macedoniam; sed prius Ephesi usque ad Pentecosten permansurum, cap. 16, v.  
5; quod tamen ejus propositum seditio per Demetrium argentarium excitata interruptit: nam  
tumultu illo tandem sedato, Paulus profectus est in Macedoniam, Act. 19, v. 24, et cap.  
20, v. 1.  
Epheso Troadem veniens Paulus, turbatus quòd ibi non invenisset Titum, à quo de statu  
Corinthiorum vehementer cupiebat rescire, navigavit inde in Macedoniam, 2 ad Cor. 1, v.  
12, cum cap. 12, v. 18. Ibidem adventa Titi, et læto nuntio de statu Corinthiorum recreatus  
est, 2 ad Cor. 7, v. 5, usque ad 16, quorum exemplo Macedones etiam provocavit ad eleemo-  
synas Jerusalem mittendas, dicens ab anno superiore Achaia etiam fuisse paratam, ibid.,  
cap. 9, v. 2.
- 58 Igitur Paulus edoctus de successu primæ Epistolæ ad Corinthios, scribit ipsis secundam, in  
quâ se Demetrii argentarii seditioe fuisse impeditum protestatur, quominus, sicut propo-  
suerat, veniret, 2 ad Cor. 1, v. 8 et seqq.  
Ex Macedonia in Græciam profectus Apostolus, tres menses ibi peregit, Act. 20, v. 2, in-  
tra quos Corinthum veniens, elemosynas in Achaia collectas recepit, 1 ad Cor. 16, v. 5, 4  
et 5, cum 2 Cor. 9, v. 4.  
Corinthi profecturus Jerosolymam cum collectis Macedoniae et Achaia, scribit Epistolam  
ad Romanos.
- 59 Paulus cum venisset Jerosolymam, capitur, et à Felice præside tenetur biennio victus, etc.  
Act. 21, à v. 50 usque ad cap. 27.
- 60 Paulus mittitur Romam, Act. 27.
- 61 Pervenit Romam, manetque cum custodiente se milite in proprio conductu, biennio prædi-  
cans regnum Dei, etc. Act. 28, v. 31.
- 62 Onesiphorus Paulum Romæ studiosissimè quesitum invenit et recreavit, 2 ad Tim. 1, v. 16.  
Philippenses Epaphroditum cum pecuniâ Romam miserunt, ut Paulo in vinculis subveniret,  
ad Philip. 2, v. 25 et seqq. cum cap. 4, v. 10, 14 et 18.  
Onesimum servum Colossis à Philemone domino suo Romam fugientem Paulus senex in  
vinculis Christo lucrificet, ad Philem., v. 10 et 15, cum Coloss. 4, v. 9.  
Timotheus Romæ captivus cum Paulo, restituitur libertati, ad Heb. 13, v. 23.  
Per Epaphroditum Epistolam ad Philippenses Paulus scripsit, sperans se brevi Timotheum  
ad eos missurum, et seipsum etiam brevi ad eos venturum confidens, ad Philip. 2, v. 19 et seqq.  
Colossos ad Philemonem, per servum ipsius Onesimum scribit Paulus, significans illi, se  
sperare liberationem è vinculis. Per eundem Onesimum, et Tychicum eodem tempore Epi-  
stolam ad Colossenses scribit è vinculis, ad Coloss. 4, v. 7, 8; et cap. 2, v. 1. Item cap. 4,  
v. 7, 8, 9 et 18.  
Per eundem Tychicum misit Epistolam ad Ephesios, Ephes. 6, v. 21 et 22.  
Circa idem tempus Epistolam ad Hebræos scripsit Paulus, Timotheo jam soluto, sed alio  
adtempus ab eo digresso, cum quo, si mox veniret, visurum se ipsos promittit, ad Heb. 13, v. 25.  
65 40 Paulus liberatus lustrat Occidentem.
- 64 Nero Romam incendit, et primam persecutionem movet in Christianos.  
Paulus in Crêtâ predicavit, relicto ibi Tito, ut reliqua corrigeret, et presbyteros per ur-  
bes ordinaret, ad Tit. 1, v. 5.
- 66 Ephesi aliquandù moratus, Timotheum ibi, cum inde in Macedoniam proficisceretur, re-

- 1465  
Anni liquit ut illam Ecclesiam administraret, 1 ad Timoth. 1, v. 3, et cap. 5, v. 4 et 14.  
Anni Claudii in Macedonia Paulus apud Philippenses permansit, sicut eis ante promiserat, ad Philipp. 1, v. 25 et 26. Item cap. 2, v. 24. Tunc scripsit Epistolam ad Titum, et primam ad Timotheum, Tit. 1, v. 5, et 1 ad Timoth. 1, v. 5.  
Transactâ hyme, Ephesum ad Timotheum rediit; et Troadem profectus, ibi suam penulam reliquit. Tunc Erastus mansit Corinthi (cujus erat procurator, ad Rom. 16, v. 25) Trophimus verò relictus est Mileti agrotus, 1 ad Timoth. 5, v. 14, et 2 ad Timoth. 4, v. 15 et 20. Vide etiam quæ supra, quæst. 2, dicta sunt.  
Paulus secundo Romam veniens, à Nerone semel auditus est, et absolutus, de quo ipse 2 ad Timoth. 4, v. 16: *In primâ meâ defensione nemo mihi adfuit, omnes me deseruerunt... sed Dominus mihi adfuit, et creptus sum de ore leonis.* Romæ prædicat, ut dicitur ibidem.  
Demas Paulum reliquit, diligens hoc seculum, et profectus est Thessalonicam. Crescens missus est in Galatiam, Titus in Dalmatiam, Lucas solus cum Paulo Romæ mansit, 2 ad Timoth. 4, v. 11.  
Paulus scribit Epistolam secundam ad Timotheum, et ad fidem convertit plicernam Neronis, et simul etiam dilectam ejusdem imperatoris concubinam.  
Petrus et Paulus Romæ die 29 junii martyrio coronati, meritam laboribus suis eternitatis coronam consequuntur.

## INDEX RERUM.

- NATALIS ALEXANDRI VITA. 9-10  
LE MAISTRE DE SACY VITA. 455-454  
NAT. ALEX. IN S. JOANNEM PREFATIO. 41-12  
PREFACE DE SACY SUR S. JEAN. 41-12  
IN EVANGELIUM SECUNDUM S. JOANNEM COMMENTARIA. 43-46  
Caput primum. Christus Deus homo, Joannis Baptiste testimonium. Primi Jesu discipuli. 19-20  
Commentaria. 19-20  
Cap. II. Aqua in vinum conversa. Negotiatores de templo ejecti. Multi propter signa credunt in Jesum. 79-80  
81-82  
Commentaria. 147-148  
Cap. III. Nicodemum nocte Jesus edocet. Joannis Baptiste testimonium de Christo. 99-100  
Commentaria. 105-104  
Cap. IV. Mulier Samaritana. Multi Samaritani credunt in Jesum. Reguli filius sanitati redditur. 143-144  
147-148  
Commentaria. 147-148  
Cap. V. Ægrotus 38 annorum sanatur. Christus omnia cum Patre operatur, Juxta omnium consilium. Huic Joannes et propheta testimonium perhibent. 185-184  
187-188  
Commentaria. 185-184  
Cap. VI. Quinque panes et duo pisces multiplicati. Christus panis vite; ipsius caro verè cibus, huiusque sanguis verè potus. 225-226  
225-224  
Commentaria. 225-224  
Cap. VII. Christus in festo Seneopiege Judæos edocet, sibi que calumniantes arguit. Variæ de ipso sententiæ. Hunc apprehendere non audent ministri. 289-290  
285-286  
Commentaria. 289-290  
Cap. VIII. Mulier adultera. Christus Phariseos confutat; Judæos docet ac redarguit. Volentibus se lapidare auferit sul prospectum. 325-326  
351-352  
Commentaria. 325-326  
Cap. IX. Cæcus à nativitate visum recuperat; qui, quia Christum defendebat, extra synagogam eiecitur. Hunc Jesus edocet. 375-374  
379-380  
Commentaria. 375-374  
Cap. X. De bono pastore. Christum se Dei Filium dicentem lapidare voluit Judæi. 405-404  
407-408  
Commentaria. 405-404  
Cap. XI. Lazarus redivivus, Pontifices et Pharisei de

- Jesu occidendo deliberant. Caiphas prophetizat. 455-454  
455-440  
Commentaria. 455-440  
Cap. XII. Jesus à Mariâ ungitur; ejusdem ingressus triumphalis Jerosolymam. De grano frumenti mortificando. Vox Patris de glorificando Filio. De ejectione hujus mundi princeps, et prædictâ Judæorum mortificatione. In Christo Pater et honoratur et spernitur. 471-472  
475-476  
Commentaria. 475-476  
Cap. XIII. Jesus apostolorum pedes lavat, sanneque proditorum Joanni indicat. De novo dilectionis mandato, trinæque Petri negatione. 515-514  
517-518  
Commentaria. 517-518  
Cap. XIV. In cælo multe mansiones. Christus via, veritas et vita. Spiritus sanctus mittendus. Quis Jesum diligit. Qualis pax à Christo relinquenda. 545-544  
547-548  
Commentaria. 545-544  
Cap. XV. Christus vitis, pater agricola, discipuli palmites. De mutua dilectione. Apostoli amici Christi. Idem roborantur adversus persecutiones. Judæis non remanet excusatio. 577-578  
579-580  
Commentaria. 577-578  
Cap. XVI. Prædicte discipulis persecutiones. Mittendi Spiritus sancti effectus. Similitudo de muliere parturiente. A Patre petendum Christi nomine. Fuga discipulorum prænuntiata. 607-608  
609-610  
Commentaria. 607-608  
Cap. XVII. Oratio Christi ad Patrem pro discipulis, et his qui per illos in ipsum essent credituri. 657-658  
659-640  
Commentaria. 657-658  
Cap. XVIII. Christi patientis historia. 667-668  
671-672  
Commentaria. 667-668  
Cap. XIX. Christi patientis historie continuatio; ejusdem mors et sepultura. 695-696  
699-700  
Commentaria. 695-696  
Cap. XX. Christi resurrectio variæque apparitiones. 721-722  
725-726  
Commentaria. 721-722  
Cap. XXI. Captura piscium. Petri amor in Christum; ejusdem confessio et mors prædicte. 747-748  
751-752  
Commentaria. 747-748  
WOUTERS VITA. 767-768  
IN HISTORIAM ET CONCORDIAM EVANGELICAM DILUCIDATÆ QUESTIONES. 769-770

- PREFATIO. 769-770  
Caput primum. — Questio prima. An Zacharias fuerit summus sacerdos, et quænam fuerit ejus deprecatio, quam angelus dicit esse exauditam. 771  
Quest. II. An peccaverit Zacharias non credendo angelo. 775  
Quest. III. An Joannes Baptista fuerit sanctificatus in utero matris. 775  
Cap. II. — Questio prima. An D. Virgo fuerit matrimonio juncta, dum Christum concepit. 777  
Quest. II. Cur D. Virgo fuerit turbata, et quænam Christus sit conceptus. 782  
Quest. III. An D. Virgo interfuerit nativitati Joannis Baptiste. 785  
Cap. III. — Questio prima. An Christus descendat ex Davide. 786  
Quest. II. Quomodo Mattheus conveniat cum Lucâ in texendâ genealogiâ Christi. 791  
§ 1. Proponuntur et discutuntur varie sententiæ. *Ibid.* 795  
§ 2. Proponitur ac propugnatur sententia verisimilior. *Ibid.* 795  
Quest. III. An Mattheus, cap. 1, v. 23, rectè citet prophetiam Isaie. 805  
Quest. IV. Cur Joseph voluerit dimittere D. Virginem. 808  
Quest. V. An Maria semper manserit virgo. 810  
Cap. IV. — Questio prima. Quo anno natus sit Christus. 811  
§ 1. Quædam præmittuntur. *Ibid.* 815  
§ 2. Datur resolutio questionis. 815  
Quest. II. Quo mense et die natus sit Christus. 815  
Cap. V. Questio prima. Quandonam advenerint Magi. 820  
Quest. II. Ex quâ regione venerint Magi. 823  
Quest. III. De quibusdam aliis huc spectantibus. 828  
Cap. VI. — Questio prima. Quandonam contigerit infanticidium. 850  
Quest. II. Undenam Christus nomen Nazareus habuerit. 852  
Quest. III. An Christus parentes suos reprehenderit, dum ab eis inventus fuit in templo. 855  
Cap. VII. — Questio prima. De vitâ et baptismo S. Joannis Baptiste. 855  
Quest. II. An Marcus in initio sui Evangelii rectè citet Isaiam prophetam. 856  
Quest. III. Quo anno ætatis sue Christus fuerit à Joanne baptizatus. 857  
§ 1. Quotplex datur epocha imperii Tiberii Cæsaris. *Ibid.* 857  
§ 2. Datur resolutio questionis supra propositæ. 840  
Cap. XVI. — Questio prima. An Mattheus, cap. 12, agit de eodem demoniaco, de quo agit Lucas, cap. 11. 953  
Quest. II. Quis sit sensus verborum Christi, quæ habentur Marci 4, v. 26. 954  
Quest. III. Quandonam Christus venerit in Nazareth. 955  
Cap. XVII. — Questio prima. An missio apostolorum, de quâ Matth. 10, Marci 6 et Luca 9, fuerit prima missio. 957  
Quest. II. An præcepta apostoli, Matth. 10, data, fuerint ab ipsis perpetuo observanda. 958  
Quest. III. Quomodo sint intelligenda verba Christi, quæ habentur, Matth. 10, v. 23. 940  
Quest. IV. In quo loco Christus multiplicaverit quinque panes. 942  
Cap. XVIII. (Tertium Pascha.) — Questio prima. An Christus tempore tertii Paschatis ascenderit Jerosolymam. 944  
Quest. II. Quid aut quem intelligit Christus per petram, dum, Matth. 16, v. 18, dicit: *Super hanc petram edificabo Ecclesiam meam.* 946  
Quest. III. Quinam intelligantur per portas inferi. 948  
Quest. IV. De gloriosa Christi transfiguratione. 950  
Quest. V. An in transfiguratione Christi Moyses in

- Quest. VI. An Christus in nuptiis in Canâ Galilæe reprehenderit D. Virginem. 870  
Cap. X. (Primum Pascha.) — Questio prima. De quo templo Judæi loquantur, Joan. 2, v. 20. 874  
Quest. II. Quid Joan. 5, v. 8, intelligatur per spiritum qui, ubi vult, spirat. 878  
Quest. III. Quandonam et ob quam causam Joannes Baptista ab Herode fuerit incarcerationis. 879  
Quest. IV. An Joannes Baptista bis in Joannes missus fuerit. 881  
Cap. XI. — Questio prima. Quo anni tempore Christus locutus fuerit cum muliere Samaritana. 885  
Quest. II. An et quare Christus inciperet predicare post captum Joannem. 886  
Quest. III. Quoties Christus vocaverit Petrum et Andream. 887  
Quest. IV. Quomodo sanatus fuerit paralyticus. 889  
Quest. V. De vocatione S. Matthæi. 890  
Quest. VI. Qualis fuerit mulier quæ sanata est à profluvio sanguinis. 892  
Cap. XII. (Secundum Pascha.) — Questio prima. Quis fuerit ille dies festus, de quo agit Joan. 5, v. 1. 895  
Quest. II. Quænam fuerit Probatica piscina; et quomodo Pater omne judicium dederit Filio. 897  
Quest. III. Quid intelligatur per sabbatum secundum primum, de quo Luca 6, v. 1. 898  
Cap. XIII. — Questio prima. An sermo de quo agit Mattheus, cap. 5, sit idem quem refert Lucas, cap. 6. 902  
Quest. II. Quænam sint mandata minima; et quoniam dicantur minimi in regno cælorum. 904  
Quest. III. De quibusdam aliis huc spectantibus. 906  
Quest. IV. Ubi fuerit curatus leprosus; et an centurio qui ad Christum accessit fuerit Judæus. 909  
Quest. V. Quo sensu Christus dixerit se non invenisse tantam fidem in Israel quantum in isto centurione. 911  
Cap. XIV. — Questio prima. Quandonam et ob quam causam Joannes duos de discipulis suis miserit ad Christum. 912  
Quest. II. Quo sensu nullus inter natos mulierum surrexerit major Joanne Baptista. 914  
Quest. III. Quo sensu Christus dicit quod qui est minor in regno cælorum, major sit Joanne Baptista. 916  
Cap. XV. — Questio prima. An una eademque fuerit Maria, soror Lazari, famosa peccatrix, et Magdalena. 917  
Quest. II. Quomodo intelligenda sint verba que Christus ad Phariseum dixit, Luca 7, v. 47. 925  
Cap. XVI. — Questio prima. An Mattheus, cap. 12, agit de eodem demoniaco, de quo agit Lucas, cap. 11. 953  
Quest. II. Quis sit sensus verborum Christi, quæ habentur Marci 4, v. 26. 954  
Quest. III. Quandonam Christus venerit in Nazareth. 955  
Cap. XVII. — Questio prima. An missio apostolorum, de quâ Matth. 10, Marci 6 et Luca 9, fuerit prima missio. 957  
Quest. II. An præcepta apostoli, Matth. 10, data, fuerint ab ipsis perpetuo observanda. 958  
Quest. III. Quomodo sint intelligenda verba Christi, quæ habentur, Matth. 10, v. 23. 940  
Quest. IV. In quo loco Christus multiplicaverit quinque panes. 942  
Cap. XVIII. (Tertium Pascha.) — Questio prima. An Christus tempore tertii Paschatis ascenderit Jerosolymam. 944  
Quest. II. Quid aut quem intelligit Christus per petram, dum, Matth. 16, v. 18, dicit: *Super hanc petram edificabo Ecclesiam meam.* 946  
Quest. III. Quinam intelligantur per portas inferi. 948  
Quest. IV. De gloriosa Christi transfiguratione. 950  
Quest. V. An in transfiguratione Christi Moyses in